

IN PROLEGOMENIS CONTENTARUM.

- ex hoc plures Propositiones damnatae sunt ab Innocentio X. & Alexandro VIII. *ibid.*
- Inter Antistites operis ejus approbatores recensetur etiam Illustrissimus Parisiensis Archiepiscopus Franciscus de Harlay laceratus à Jansenianis libello famoso, in quo promittebatur primum divinanti, *cujus hic Præsul Fidei esset, aut Religionis.* 88. I.
- Quesnello extra se, & suos affectas nihil doctum, nihil solidum, &c. 88. II.
- Juxta eum maxima pars Cardinalium, & Romanorum Theologorum nihil intelligit. *ibidem.*
- In eadem ad Pontificem epistola fingit suspensam expectatione Ecclesiam, quoad ferendum secundum de libro ejus judicium: quasi in priore reprobatus, in posteriore deberet approbari. 89. I.
- Ejus, & cæterorum Jansenistarum argutiæ ambiguas fecere locutiones de gratia Christi. 89. II.
- Falsum est, contra ac Pontifici profertur, eum Vulgatum **NOVI TESTAMENTI** textum accuratè esse secutum, & literalem sensum ad literam reddidisse. 89. II. & *seqq.*
- Versio ejus Catalaunensis in pluribus articulis à vulgata diffidet. *ibidem.*
- Vide NOVUM TESTAMENTUM.*
- Falsum est, quod jactat, se versioni suæ nihil de Græcis textibus intermiscere. 91. II.
- Vide NOVUM TESTAMENTUM.*
- Falsò, & impudenter Pontifici ostentat omnium suarum *Observationum* veritatem; & si quid difficultatis superest, id vel ex vocum ambiguitate, vel sententiarum brevitate, vel ex idiomatis Gallici imperitia oriri. 92. II. & *seq.*
- Pontificio judicio opponit plurium Theologorum, & Antistitum approbationes: quod fortè didicit ab Ægidio Candido in *prologo* ejus *galeato*. 93. I.
- Veteres Hæresiarum plura pro se numerarunt suffragia, quàm Quesnellus, nec tamen Pontificiæ censuræ subducti sunt. 93. II.
- Triplex beneficium à Pontifice flagitat: Primum, ut Consultores adhibeantur scientiâ requisitâ instructi, moribus integri, partium studio liberi, &c.
- Huic postulato abunde satisfactum est; sed id Quesnello Romanorum Tribunalium derisorio, & hosti non facillè persuadebitur. 94. I. & II.
- Nam juxta illum Ministri Curiae Romanae, seduci se à factionibus sinunt: parum æqui sunt: æquiores civiles judices: illorum scopus est fovère discordiam inter Religiosos, & Clerum: injustæ Pontificis iræ debetur prima libri ejus damnatio, &c. 95. I.
- Secundum beneficium est, ut libri examen committatur Theologis in lingua Gallica exercitatis. 94. I. & 95. I. & II.
- Talis Theologus ad prius libri examen adhibitus. A Quesnello convitiis laceratus est. 95. II.
- Restat, ut è Gallia accersantur Theologi, non linguæ tantum peritiâ, sed & Jansenismo imbuti, ut Quesnello ad genium sint. *ibid.*
- Tertium beneficium est, ut non condemnetur inauditus.
- Postulatum hoc æquum foret, si de persona, non de personæ libro ageretur. Datur ratio discriminis. 96. I.
- Ab Authoris probitate, vel improbitate non pendet libri doctrina: sicut per se bona, vel mala est, ita per se damnanda, vel absolvenda est. *ibidem.*
- Quesnellus vellet sibi Romam transmitti articulos condemnandos, & illic ex Hollandia expectari eorum explicationem, vel retractionem: hinc lis interminabilis. 96. II.
- Et quid tandem sperandum à Gerberonianæ audaciæ fautore, & tot Pontificiorum Decretorum profanatore? *ibidem.*
- Ejus hætenus agendi ratio, ingenium contumax, & schismaticum consilium spem non faciunt sanioris mentis, aut retractionis, quam sub fallaci conditione Pontifici pollicetur. 97. I.
- Pro dignoscendo suo de gratia sensu, remittit ad quinque Lalanii, aut Girardi ambiguos Articulos: perinde ambigua foret explicatio, quam daret damnabilibus suis Propositionibus 101. 97. II.
- Minatur Pontifici litem de *Questione facti*, nisi Propositionum sensum ipse designet. *ibidem.*
- Orat Pontificem, nè calumniis credat. 98. II. & *seq.*
- Quasi scripta ejus obsectorum criminum fidem non facerent, nec famam ejus prostituerent. 99. I. & II.
- Parum verisimile est, ei in votis esse Pontifici coram fidei suæ rationem reddere: 99. II. & *seqq. usque ad finem*: nam
- Tribunal Romanum appellatur ab eo *Spelunca latronum*: ait se illud non agnoscere. 100. I. & II.
- Se Antistitis Parisiensis, non Sedis Romanæ judicio submittit. 101. I.
- Falsò jactat se Sedis Apostolicæ Primatui addictissimum, & Cultorem Pontificis observantissimum. 101. I. & II.
- Nomine Ecclesiæ, cujus Fidei addictissimum se